



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Pastorale Missionariorvm

Verjuys, Jean-Baptiste

Antverpiæ, 1682

20. Quæ obligatio sit audiendi Sacrum in locis Missionis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41565

Catholici hæreticos operarios diebus interdicitis non possint impendere ad opera servilia, nisi talis necessitas sit quæ etiam Catholicos operarios in similibus circumstantiis excusaret. Hoc autem sic intelligitur, nisi aliquod opus sit operariis hæreticis elocatum, quòd differri non possit, tunc enim erit licitum permittere ut operentur, usque ad operis consummationem; maximè si opera talia sint quæ bono publico sunt necessaria, quâ ratione solet etiam in locis Catholicorum dispensari. Nec obstat quòd hæretici operarii equidem illis diebus alibi essent operaturi, hoc enim (si conscii sint præcepti) facere non possunt sine peccato; non est autem licitum Catholicis hoc hæreticis permittere quòd ipsi sine peccato facere non possunt. Sic etiam Lessius ubi supra casu sexto.

ARTICULUS XX.

Qua obligatio sit audiendi Sacrum in locis missionis.

R Esp. Quòd si nulla aut non gravis sit persecutio, præceptum audiendi Sacrum diebus festivis, non minus ibi obliget, quàm in aliis locis Catholico regimini subjectis. Imo in hoc debent Catholici maximè ostendere zelum suum,

Veritas
 et
 Oportet
 C. 15
 E. II
 156

suum, ut ubi heretici tot blasphemias Sacrosanctum illud Sacrificium abominantur, tam magis fatagant ipsum venerari, & non tantum ratione præcepti, sed ex fervore religionis tanti sacrificii per præsentiam suam contenti esse participes. Nihilominus, quando tanta est persecutio ut id fieri non possit, nisi cum evidenti periculo, sub gravi mulcta, aut exilio deprehendantur, ab illa obligatione plerumque excusantur. Ubi autem mulctæ illæ tantum exiguntur à communitate, quando in aëre exercitio à Prætoribus turbantur; & soli divites pro illis mulctis solent respondere, qui in hoc debent zelum suum ostendere; nemo excusatur: pauperes enim per hoc nullum incurruntur periculum.

Excusari tamen poterunt ratione longæ distantiae, aut temporis incommodi, quando exercitia illa solent fieri summo mane: nihilominus minus debent illam excusationem admittere in illis partibus, ubi debent omnes pro religione Catholica certare, & raritatem Sacrificiorum suâ diligentiam compensare. Et verè ita fit ad confusionem Catholicorum in partibus ubi non viget Hæresis commorantium, ubi quotidie & quâlibet horâ, imo ferè momento sacrificia publicè celebrantur, & tamen negligunt. Qui & in hoc magis confunduntur, quòd tanta sit in locis missionis reverentia & devotio tempore Missæ, ut ne quidem retrò respicere, multò minus colloqui aut fabulari dalo.

Virum

L E R

Gregor

rum co

antiqu

Ecclesi

gare. I

lo ten

cundum

Nihil

se poss

hæreti

Quod

tiones

merci

illâ di

hoc ce

longa

contra

fabulari audeant : nec hoc fieret sine scandalo.

ARTICULUS XXI.

Vtrum liceat Catholicis uti stylo antiquo ut se conforment haereticis.

L Essius ubi supra tit. *festa Ecclesiae casu 7.* Respondet: ubi Kalendarium Romanum Gregorii XIII. est receptum, & lapsu annorum comprobatum, non licere sequi stylum antiquum, quia haeretici non possunt legem Ecclesiae, maximè dum usu recepta est, abrogare. Et concludit quod cessante gravi periculo teneantur Catholici sua festa celebrare secundum stylum novum.

Nihilominus Respondeo modò conformare se posse stylo antiquo dum habitant in locis haeticorum, ubi iste stylus jam observatur. Quod omnino conveniens est ob plurimas rationes, & praecipuè propter communia commercia, & ad vitandam confusionem quæ ex illâ difformitate oriretur in eadem civitate; nec hoc censetur esse contra mentem Ecclesiae, ob longam consuetudinem cui haftenus non contradixit.

Veritas
et
logos
casus
E II
46

